

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Disputationes Chirurgicæ Selectæ

Haller, Albrecht von

Lausannæ, MDCCCLV.

VD18 90538889

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-16577

X L I.

D I S S E R T A T I O
C H I R U R G I C A
D E
EXTRACTIONE CATARACTÆ
U L T R A P E R F I C I E N D A.

Quam pro aggregatione capessenda proponebat

GEORG. FRID. SIGWART M.D.


Respondente

DAVIDE MAUCHART,

Med. Candidato.

Tubingæ die 22 Decemb. anno 1752.





Landesbibliothek Oldenburg

P R A E C O G N O S C E N D A.

§. I.

Genuina analytico-systematici, seu : distincti atque ordinati, uno verbo : erudit (v. *Parisis a nobis proxime editum Pantom. Erud. §. character 199-209*) cogitandi, dicendi & scribendi generis *præcognoscenda*, *præ aliis generalis cognoscenda* postulare, res ipsa, aptaque eorum eloquitur & plana denominatio (*I. c. §. 6. 7.*) *Præcognoscenda* itaque ob alia, quorum gratia præmittuntur, necessaria indigitant *cognoscenda*, *cognoscenda*, inquam, ideoque non qualiacumque, quæ dici possunt & cognosci, sed quæ debent, exclusis omnino alienis, quæ exactæ methodi ignaris luxuriosaque ductis cogitationum levitate in calamos animosque veniunt vagabundos.

§. II. Ecquænam vero istius modi veri nominis *præcognoscendorum* (§. 1) *Eorumdem momenta tractandorum determinatio* (b); *partim exploranda utilitatis ratio*, ex qua præfixam materiam consideratione nostra dignam, &, ut aliis etiam communicemus, opportunam judicamus (c); *partim prævia methodi*, qua usuri sumus, in perlustranda substrata materia, brevis notitia (d); *partim totius objecti*, contemplationi nostræ expositi, generalis varietas, & inde resultans summa ejusdem *partitio*, ex qua omnis postea reliquus deduci potest ordo tractandorum systematicus (*Pantom. Erud. §. 4-12*).

§. III. Primum igitur (§. 2. lit. a.) tractationis præsens momentum *Thematis* est *adæquata thematis determinatio*. Utut enim hoc ex hypothesi elegerim, determinata illud tamen semel electum, ex essentiali sua indole, jamjam in legem abit, tio. sub ipsis evolutione non amplius exuendam (*Pantom. Erud. §. 16*). Summam ipsis scriptum hoc prima fronte refert, cuius juxta inscriptionem *resolvendum & demonstrandum* est : *novum problema chirurgicum de extractione cataractæ ultra perficienda*. Hoc modo, quantum fieri potuit debuitque, ex genuinæ & ab usitata titulorum vanitate alienæ inscriptionis legibus, breviter, perspicue & adæquate patet plena tractationis totius idea, quam neque abundantem, neque deficientem esse, partialium ipsis notionum suo loco danda decebit evolutio.

§. IV. Quid sibi velit problema, idque *chirurgicum* atque *novum*, hac *Novitatem* vice tantum *præcognoscendum* est. *Novorum novitatumque principalem*, & in hoc the infinitis in hac causa hodie obtinentibus rixis obicem ponentem *doctrinam*, mate dijuncti fallor, satis evolutam dedi in *Pant. Erud. §. 113 - 172*. Hic, si placet, deprehendes, quænam primi, secundi, postremi, imo nullius ordinis nova, novitates, novatores & renovatores judicari debent. Nec equidem profecto ægre tulerim, si ex confessis memet ipsum meamque præsentem

Tom. II.

D d

novi

